

DE REGIMINE PRINCIPUM LIBER III.

CAPUT I.

Consideratur, & probatur, omne dominium esse à Deo, considerata natura entis.

ET quia cor Regis in manu Dei, quocumque voluerit, inclinabit illud: ut in Proverb. xxi. 1. scribitur: quod & ille magnus Monarcha in oriente, Cyrus videlicet Rex Persarum, per publicum confiteretur edictum: post victoriam enim de Babylonia consecutam, quam usque ad solum desurxit, ac occiso Balthassar Rege ibidem, sicut historici tradunt, sic ait, ut in principio Libri Esdræ (I. 1. 2.) patet: *Hæc dicit Cyrus Rex Persarum: Omnia regna mundi dedit mihi Dominus Deus cæli: inde manifeste apparet à Deo omne provenire dominium sicut à primo dominante: quod quidem ostendi potest triplici via, quam Philosophus tangit, quia vel inquantum ens, vel inquantum motor, vel inquantum finis.*

Ratione quidem entis: quia oportet omne ens ad ens primum reducere sicut ad principium: omnis entis, ut & omne calidum ad calidum ignis, ut patet per Philosophum in II. Metaphys. Quæ ergo ratione omne ens ex ente primo dependet, eadem & dominium: quia ipsum super ens fundatur, & tanto super nobilius ens, quanto & ad dominandum super homines in natura coæquales eisdem præponitur. Unde & causam habet non superbiendi, sed humane suum populum gubernandi, ut Seneca dicit in Epistola ad Lucillum. Propter quod in Eccli. dicitur xxxi. 1. *Recipitor te posuerunt noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex illis.* Sicut ergo omne ens ab ente primo dependet, quod est prima causa; ita & omne dominium creaturæ à Deo sicut à primo dominante, & primo ente.

Amplius autem omnis multitudo ab uno procedit, & per unum mensuratur, ut patet per Philosophum in X. primæ Philosophiæ. Ergo eodem modo & multitudo dominantium ab uno dominante trahit originem, quod est Deus: sicut videmus in regalibus curiis, quod in diversis officiis multi sunt dominantes, sed omnes ex uno dependent, videlicet Rege. Propter quod Philosophus in XII. primæ Philosophiæ dicit, quod sic se habet Deus, sive prima causa, ad totum universum, sicut dux ad exercitum; à quo tota multitudo castrorum dependet. Unde & ipse Moyses in Exod. xv. 13. Deum ducem populi vocat. *Dux, inquit, fuit in misericordia tua populo quem redemisti.* A Deo igitur omne dominium habet initium.

Rursus ad idem. Virtus est proportionata enti cuius est virtus, & adæquat ei: quia virtus fluit ab essentia rei, ut patet per Philosophum in I. & II. Lib. de cælo. Sicut ergo se habet ens creatum ad increatum, quod est Deus; ita virtus cuiuslibet entis creati ad virtutem increatam, quæ etiam est Deus: quia quidquid est in Deo, Deus est. Sed omne ens creatum

(1) Al. dicit vox repetita munditiam.

ab ente increato trahit originem. Ergo virtus creata ab increata. Hoc autem in dominio præsupponitur, quia non est dominium ubi non est potentia, sive virtus. Ergo omne dominium erit ab increata virtute, & est Deus. ut supra dictum est; & sic idem quod prius. Unde Apostolus dicit ad Heb. 1. quod Deus portat omnia verbo virtutis sue. In Eccli. 1. 8. etiam scribitur, quod unus est altissimus creator omnium, omnipotens, Rex potens, metuendus nimis, sedens super thronum, dominans Deus. In quibus verbis satis apparet, à quo omnis creatura habet esse, virtutem, & operationem, & per consequens dominium, & multo amplius Rex, ut superius est ostensum.

CAPUT II.

Hoc idem probat ex consideratione motus cuiuslibet naturæ creatæ.

NON solum autem ratione entis, sed ratione etiam motus probatur, à Deo provenire dominium. Et primo quidem assumenda est ratio Philosophi in VIII. Physicorum. Quia omne quod movetur, ab aliquo movetur; & in moventibus, & motis non est abire in infinitum. Ergo oportet venire ad aliquod primum movens immobile, quod est Deus, sive causa prima. Inter omnes autem homines, qui plus habent de ratione motus, sunt Reges, & principes; & omnes qui præsent, sive in gubernando, sive in iudicando, sive in defendendo, & sic de aliis actibus qui ad curam regiminis pertinent. Unde Seneca de consolatione fratris ad Polibium sic loquitur. de Cesare, exhortans eum ad contemptum mundi: *Cum voles omnium rerum oblitisci, cogita Casarem.* Vide quantam huius vitæ indulgentiam fidem, quantam industriam debeas; intelliges non magis tibi incurvari licere quam illi. Si quis modo est fabulis traditus, cuius hameris mundus inicitur; Casari quoque ipsi, cui omnia licent, propter hoc ipsum multa non licent. Omnium domos illius vigilia defendit, omnium atium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vocationem illius occupatio. Ex quo se Casar orbi terrarum dedicavit, sibi se eripuit, & siderum modo, quæ irrequieta semper cursus suos explerant, nunquam illi licet nec subsistere, nec quidquam suum facere. Si ergo Reges, & alii domini tantum habent de ratione motus, ipsum non possunt perficere nisi per influentiam, & virtutem moventis primi, quod est Deus, ut superius est probatum. Propter quod in Lib. Sapient. ubi connumerantur effectus divinæ virtutis per suam sapientiam, volens auctor ostendere qualiter omnia influentiam divini motus participant, subdit statim (Sapient. vii. 24.) *Omnibus mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem ubique propter suam munditiam:* (1) munditiam vocans absolutam, & supergradientem, ac immixtam divinam virtutem ad omnia movendum, ad similitudinem corporis lucis, quæ ex hac parte naturam imitatur divinam.

Rursus ad idem. Omnis causa primaria plus est influens in suum causatum quam causa secundaria. Causa autem prima Deus est. Ergo si virtute primæ causæ omnia moventur, & influentiam primi motus omnia recipiunt; & motus dominorum erit ex virtute Dei, & ex Deo movente.

Amplius autem. Si estiorum in motibus corporalibus, multo magis & in spiritualibus erit. Sic autem videmus in corporibus, quod inferiora per superiora

moventur, & omnia reducuntur ad motum supremi, quod est nona sphaera, secundum Ptolomæum in 1. distinct. Almagestis; sed secundum Aristotelem in II. de cælo, est octava. Si ergo omnes motus corporales regulantur per primum, & à primo habent influentiam; multo magis spirituales substantiæ, propter majorem assimilationem quam habent in alterutrum: unde apertiores sunt ad recipiendam influentiam primi & supremi moventis, sive motoris, quod est Deus: quem quidem motum nobis tradit beatus Dionysius in Lib. de divinis Nominibus, & de celesti Hierarchia, distinguens in eis motum sicut & in corporibus, videlicet circularem, rectum, & obliquum. Qui quidem motus sunt quædam illuminationes quas recipiunt à superioribus ad agendum, ut idem Doctor exponit; ad quas quidem illuminationes recipiendæ necessaria est dispositio mentis, in qua fit ista influentia motus. Inter omnes autem homines qui paratiores esse debent, sunt Reges, & Principes, & alii dominatores orbis tum ex exercitio quod habent, tum ob universales actiones regiminis, unde & mens magis elevatur ad divina; tum etiam quia hoc eis incumbit ut se disponant ut cura eis imposita in gubernando (1) gregem, & alia quæ sunt necessaria in actibus regiminis, quæ supra ipsum sunt, & naturam particularem excedunt, per talem motum divinam influentiam sufficienter deducantur. Sic enim David Rex se disposuit: propter quam causam ex motu illuminationis prætere supra omnes Reges, & Prophetas meruit in suis Psalmis spiritum propheticæ intelligentiæ, ut doctores Scripture sacræ tradunt. Ex cuius contrarii actu Principes ethnici, de quibus Daniel Propheta mentionem facit, ut Nabuchodonosor, & Balthassar, pater, & filius, meruerunt obumbrari; unde & influentia divinæ illuminationis movit eorum phantasiam in imaginativis visionibus, ut in Daniele est manifestum, ut scirent quid circa regale regimen eis esset agendum; sed quia mens ipsorum non erat disposita, sed involuta tenebris peccatorum, ad ipsam noritiam non poterunt venire. Propter quod insignito lumine prophetiæ Danieli dictum est: Tibi datus fuit spiritus intelligentiæ ad ista interpretandum: ut verificetur quod per Salomonem dicitur in Proverb. viii. 14. *Meum est consilium, & æquitas, mea est prudentia, & mea est fortitudo: per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt: per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.*

Et sic manifestum est, qualiter omne dominium est à Deo in consideratione motus.

CAPUT III.

Hic sanctus Doctor hoc idem probat per considerationem finis.

SED & respectu finis adhuc hoc idem apparet. Si enim est hominis agere propter finem ratione sui intellectus, qui finem in unaquaque ejus actione præstituit, unaquaque natura quanto est magis intellectiva, tanto magis propter finem agit. Cum ergo Deus sit summa intelligentia, & purus actus intelligendi, sua actio magis finem includit. Ergo oportet dicere, quod in unoquoque fine uniuscujusque rei creatæ præxigatur actio intellectus divini, quam & nos divinam prudentiam vocamus, per quam Dominus cuncta disponit, & in debitum finem deducit, ut Boetius de consolatione Philosophiæ ipsam nominat:

secundum quam rationem dicitur in Lib. Sapientiæ, quod divina sapientia attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Concluditur ergo ex hoc quod qualibet res quanto ordinatur ad excellentiorem finem, tanto plus participat de actione divina. Hujusmodi autem est regnum cuiuscumque communitatis, seu collegii, sive politiæ, sive regalis, sive cuiuscumque conditionis: quia cum intendat nobilissimum finem, ut Philosophus tangit in Ethic. & in I. Politicorum, in ipso divina præintelligitur actio, & suæ virtuti dominorum subicitur regimine. Et hinc forte trahit originem veritatis, quod bonum commune dicitur potentia à Philosopho in Eth.

Amplius. In regimine legislator semper debet intendere ut civis dirigantur ad vivendum secundum virtutem, immo hic est finis legislatoris, ut Philosophus dicit in II. Ethic. Propter quod & Apostolus dicit ad Timotheum (I. cap. 1. 5.) quod finis præcepti est charitas. Sed ad istum finem venire non possumus sine motione divina, sicut nec calor calefacere sine virtute caloris ignis, nec lucidum lucere sine virtute lucis: & tanto altius, & excellentius motio primi moventis, quanto virtus divina supergreditur, & transcendit virtutem creatam, & omne genus operis; sed & fortius influit intantum, ut dicat illi Isaias Propheta xxi. 12. *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine: & vox evangelica (Joan. xv. 5.) Sine me nihil potestis facere.*

Rursus ad idem. Finis movet efficientem, & tanto efficacius, quanto finis nobilior, & melior reperitur, ut bonum gentis respectu boni civitatis, vel familiaris, sicut Philosophus dicit in I. Polit. Finis autem ad quem principaliter Rex intendere debet in se ipso, & in subditis, est æterna beatitudo, quæ in visione Dei consistit. Et quia ista visio est perfectissimum bonum, maxime debet movere Regem, & quemcumque dominum, ut hunc finem subditii consequantur: quia tunc optime regit, si talis in ipso sit finis intentus. Tali autem modo suos regebat, & gubernabat Rex ille, & Sacerdos Christus Jesus, qui dicebat in Joan. x. 28. *Ego vitam æternam do eis: & iterum (ibid. x.) Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Hoc autem maxime facit Rex, quando super regem suum sicut bonus pastor invigilat: quia tunc semper eum divina lux irradiat ad bene regendum, ut pastoribus in ortu Regis nostri & Salvatoris. Et irradiationis jam dictæ ad bonum regimen & in Principe, & in subditis motum circularem accipimus rectum, & obliquum, de quibus dictum est supra, & beatus Dionysius loquitur in iv. cap. de divinis Nominibus. Hic enim motus ideo rectus dicitur, quia fit per divinam illuminationem super Principe ad bene regendum, & super populum meritis Principis. Sed obliquus vocatur, quando per divinam illuminationem sic subditos regit, quod virtuose vivunt, & insurgit in eis divina laus, & gratiarum actio, ut sit quasi quedam arcualis figura ex chorda recta, & arcu obliquo. Sed circularis motus divinorum radiorum dicitur, quando divina illuminatio irradiat Principem, vel subditum: ex qua quidem elevatur ad Deum contemplandum, & diligendum: qui ideo circularis motus vocatur, quia est ab eodem ad idem, & à puncto ad punctum; quod circularis motus est proprium. Quem quidem motum Philosophus etiam ponit in XII. Metaph. ubi dicitur, quod motor primus, sive causa prima, quod est Deus, movet alia

(1) Al. regem: forte regnum.

sicut desideratum, hoc est ratione finis, qui est ipse, de quo & Propheta David loquitur in Psal. lxxi. licet secundum sacros doctores adaptetur ad Christum Regem nostrum. Deus, inquit, iudicium tuum Regi da, & iustitia tuam filio Regis: iudicare populum tuum in iustitiam, & pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Quae quidem omnia deprecativa sunt Regis, & cuiuslibet domini ad Deum pro bono regimine populi: ad quod principaliter cogitari debent, ut dictum est supra. Et quia mentem sic dispositam habent ad divinam influentiam recipiendam pro salute subditorum, statim subditur: *Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillantia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* Per quae omnia satis manifestum est quod dominium est a Deo in relatione ad finem sive remotionem, qui est ipse, sive propinquum, qui est operari (1) secundum veritatem.

CAPUT IV.

Hic sanctus Doctor declarat, qualiter dominium Romanum fuit a Deo provium propter zelum patriae.

ET quia inter omnes Reges, & Principes mundi, Romani ad praedicta magis fuerunt solliciti, Deus illis inspiravit ad bene regendum, unde & digne meruerunt imperium, ut probat Augustinus in Lib. de civ. Dei diversis causis, & rationibus, quas ad praesens perstringendo, ad tres reducere possumus, aliis ut tradatur compendiosius, reseratis, quarum intuitu meruerunt dominium. Una sumitur ex amore patriae, alia vero ex zelo iustitiae, tertia autem ex zelo civilis benevolentiae.

Prima iam dicta virtus satis erit digna dominio, qua participabat quendam naturam divinam, eo quod ad communitatem suam fertur effectus: versatur enim ad universales actiones populi, sicut Deus est universalis causa rerum: unde & Philosophus dicit in I. Ethic. quod bonum generis est bonum divinum. Et quia regale regimen, & quodcumque dominium communitatem importat, communitatem diligens dominus, communitatem meretur, ut sic ipsum concommitetur premium secundum meriti qualitatem: & hoc requirit conditio divinae iustitiae unicuique mercedem rependere iuxta virtutis opus, ut verbum scriptum in Apocalypsi impleatur in eis: *Opera eorum sequuntur illos*: & iterum in Math. xxv. cap. scribitur, quod Dominus dedit unicuique secundum propriam virtutem.

Amplius autem amor patriae in radice charitatis fundatur, quae communia propriis, non propria communibus anteponit, ut beatus Augustinus dicit exponens verbum Apostoli de charitate. Virtus autem charitatis in merito antecedit omnem virtutem, quia meritum cuiuscumque virtutis est virtute charitatis dependet. Ergo amor patriae super ceteras virtutes gradum meretur honoris. Hoc autem est dominium. Ergo ex amore digne consequitur quis principatum. De hoc autem amore patriae dicit Tullius in Lib. de officiis, quod omnium societatum nulla est gratior, nulla charior quam ea quae cum republica perseverat. *Unicuique enim nostrum chari sunt parentes, chari sunt liberi, chari sunt propinqui, ac familiares: sed omnium propinquitates patriae sua charitate complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si eadem sit profuturus?* Quantum vero fuerit amor patriae in anti-

(1) An secundum virtutem?

quis Romanis, Salustius refert in Catilinario ex sententia Catonis, quasdam de eis connumerando virtutes, in quibus dictus amor includitur. *Nolite, inquit, existimare majores nostros armis republicam ex parva magnam fecisse, quippe amplior nobis quam ipsis armorum est copia; sed quia in eis fuit domi industria, foris justum imperium, in consulendo animus liber, neque delicto, neque libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam, atque avaritiam, publice egestatem, privatim opulentiam: laudamus divitias, sequimur inertiam: inter bonos & malos nullum discrimen: omnia virtutis praemia ambitio possidet.*

Rursus amor patriae primum & maximum mandatum continere videtur, de quo Evangelium Lucae mentionem facit, quia in zelando rem communem assimilari sibi naturam divinam, inquantum vice Dei diligentem circa multitudinem adhibet curam.

Item proximi dilectionem adimplet, dum totius populi sibi commissi ex affectu paterno sollicitudinem gerit, & sic adimplet mandatum praefatum, de quo dicitur in Deut. vi. 5. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & proximum tuum sicut te ipsum.* Et quia in isto praeepto divino non cadit dispensatio, in de est quod Tullius dicit de republica, quod nulla causa intervenire debet unde propria patria degenetur. De isto autem amore patriae exemplum accipimus, ut historice tradunt, & beatus Augustinus in V. de civit. Dei de Marco Curio nobili milite, qui armatum equo sedentem in abruptum terrae habitum se precipitem dedit, ut silentia cessaret ab urbe. Item de M. Regulo, qui salutem reipublicae suae praeferebat, consultus a Romano populo, & inter praedictum populum & Penorum gentem mediator pacis existens, in Africam rediens a Carthaginiensibus est occisus, quam mundas etiam habuerunt manus a muneribus principes eorum, pro conservanda republica, patet de M. Curio, de quo scribit Maximus Valerius Libro quarto quomodo Samnitum divitias contempsit. Cam enim post victoriam de ipsis habitam, legati eorum ad ipsum aditum habitissent, ipsamque reperissent in scamno sedentem, & carino ligneo cenantem, magnamque auri pondus offerrent, suis invitatus verbis ut eo uti vellet, vultum protinus risu solvens, *Supervacue, inquit, Narrate Samnitiibus, M. Curium malle locupletibus imperare quam locupletem fieri: & mementote me non acie vicini, nec pecunia posse corrumpi.* Simile etiam refert idem auctor libro eodem de Fabricio, qui cum honore, & auctoritate omnibus in aetate sua major, censu vero par esset unicuique pauperissimo, requisitus a Samnitiibus, quos in clientela detinebat, pecuniam, & servos sibi missos contempsit, ac frustratos remisit: *continentia sua beneficio, & zelo patriae sine pecunia praevides, & sine usu familiae abunde comitatus: quia locupletem illum faciebat non multa possidere, sed pauca desiderare.* De talibus autem concludit dictus Doctor, quod eisdem non datur dominandi potestas, nisi summi Dei providentia, quando res humanas iudicat talibus donis esse dignas. Multa similia ibidem dicit, per quae diffinire videtur eorum dominium fuisse legitimum, & eis a Deo collatum. Sed & Mathias, & filii quamvis fuerint de sacerdotali genere, propter zelum legis, & patriae in populo Israelitico meruerunt dominium, ut patet in I. & II. Machab. Cum enim mori esset vicinus, sic filios suos alloquitur (I. Machab. 11. 50.) *Emulatores, inquit, estote legis, & date ani-*

animas vestras pro testamento patrum, quod pro republica accipimus in populo praedicto: & postea subditur: *Et accipietis gloriam magnam, & nomen aeternum:* quod ad filiorum referendum principatum, quorum unus alteri successit, Judas videlicet, & Jonathas, & Simon, & quilibet eorum Sacerdos, & dux in eodem floruit populo.

CAPUT V.

Qualiter Romani meruerunt dominium propter leges sanctissimas quas tradiderunt.

EST autem & alia ratio, unde digne Romani dominium sunt adepti, zelus videlicet iustitiae. Quo quidem modo acquisierunt principatum quodam jure naturae, & quo habet exordium omne justum dominium. Primo quidem quia, ut idem Doctor scribit, consulebant patriae consilio libero, avaritiam relegantes in dominio, sive turpis lucri gratiam, neque delicto, neque libidini obnoxii, pro quibus iam stans dominium dissipatur. Trahebantur enim homines ad ipsorum amorem, ut propter ipsorum iustissimas leges se sponte eisdem subicerent. Unde & ipse Apostolus Paulus cum a Judaeis nimis injuriis vexaretur, coram Festo principe circa partes Caesaris Palestinae, ut in Actibus Apostolorum traditur, ad Caesarem appellavit, ac se subiecit legibus Romanis. Quales autem fuerint eorum leges, & quam sanctae, sic in eisdem Actibus Apostolorum scribitur de dicto Festo, quia cum Hierosolymis esset, adierunt ipsum principes sacerdotum, & sacerdotes postulantes adversum Paulum damnationem mortis: quibus dictus Festus respondit, prout dicitis legibus Romanorum subiectus, quod non est consuetudo Romanis damnare alicum, sive donare, nisi praesentes habeant accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Propter quod dicit idem Doctor Augustinus in XVIII. Lib. praefato, quod Deo placuit orbem terrarum per Romanos debellare, ut in unam societatem reipublicae, legumque perductum longe lateque pareret.

Amplius autem ad hoc, quia de jure naturae est ut quis generis curam alterius mercedem reportet, eo quod, ut scribitur in Proverb. (Eccli. xvii. 12.) *unicuique mandavit Deus de proximo suo.* Ex qua quidem ratione jura concedunt, quod quis rem alienam contraeate possit, & expensas deducere, ac praemium accipere iuxta meritum actionis, cum dicta bona male tractantur a praedonibus, vel quibuscumque rapitoribus. Hoc ergo supposito, consonum videtur naturae ut dominium sit concessum pro pace, ac iustitia conservanda, iurgis, ac discordiis rescandis.

Item. Ad hoc videtur provium, ut mali puniantur, & boni promoveantur: & hoc est officium dominorum, in hoc quasi officium gentium proximorum, ut inde suam reportent mercedem, quia ex hoc sua recipiunt vestigia, & tributa. Unde cum Apollolus ad Romanos ostendisset a Deo provenire omne dominium: *Non est, inquit (Rom. xiii. 1.) potestas nisi a Deo, & cetera quae ibi ponuntur ad dominium pertinentia: ultimo concludit: Ideo & tributa praestatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes.* Inquantum igitur homines virtuosos, ac sua probitate praepollentes pro gubernanda populi multitudine, quae regi indiget, & redorem non habet, curam assumunt, & sub legibus populum dirigunt, non tantum instinctu Dei moveri videntur, sed vicem

Dei gerunt in terris, quia conservant hominum multitudines in civili societate, qua necessario homo indiget, cum sit animal naturaliter sociale, ut Philosophus dicit in I. Politic. Unde & in isto casu dominium videtur esse legitimum. Quod quidem probat Augustinus in IV. de civit. Dei, dicit enim sic: *Remota iustitia, quid sunt ipsa regna nisi quaedam latrocinia?* Ergo ipsa supposita, regnum, & quodlibet dominium esse videtur concessum. Introducit autem ad suum probandum intentum exemplum de quodam pyrata, qui vocabatur Dionides, qui cum fuisset captus ab Alexandro, quaesivit ab eo cur mare haberet infestum. Ipse libera contumacia respondit: *Quod tibi, ut orbem terrarum. Sed quia ego exiguo navigio id facio, latro vocor; tu vero quia magna classe, diceris Imperator.* Ista ergo ratione Romanis a Deo collatum fuit dominium. Unde & idem Doctor in V. ejusdem Lib. dicit, quia propter leges ipsorum sanctissimas nisi sunt tanquam recta via ad honores, imperium, & gloriam: nec habent unde conquiri debeant de summi, & veri Dei iustitia: perceperunt enim mercedem suam, iuste videlicet dominando, ac legitime gubernando. Quantus autem fuerit zelus iustitiae apud Romanos consules antiquos contra malos, de multis est manifestum. Unde scribit Augustinus in V. saepe jam dicto Libro, quod Brutus filios suos occidit, quia bella concitabant in populo: ex quo vigore iustitiae mortem merebantur. *Vicit enim in eo, ut ait Poeta (Virgilius Aeneid. VI.) amor patriae, laudumque immensa cupido.* Narrat etiam de Torquato, quod idem fecit de filio, quia contra dictum patris invasit hostes juvenili quodam provocatus ardore: & licet victoriosus existerit, quia tamen castra suae gentis discrimini exposuit, ipsum morti adjudicavit iuxta militares leges: ubi idem Doctor causam suae mortis innuat, dicens: *Ne plus mali esset in exemplo imperii contempti quam boni in gloria hostis occisi.* Maximus autem Valerius dicit de ipso, quod maluit proprio nato carere quam discipline militaris transgressionibus indulgere. Sic ergo patet qualiter zelo legalis iustitiae Romani dominium meruerunt.

CAPUT VI.

Quomodo concessum est eis dominium a Deo propter ipsorum civilem benevolentiam.

TERtia vero virtus, per quam subjugarunt Romani mundum, & meruerunt dominium, fuit singularis pietas, ac civilis benevolentia: quia, ut tradit Maximus Valerius Lib. V. humanitatis dulcedo barbarorum ingenia penetrat: & hoc experimentum habet. Unde & in Proverb. vi. cap. (Eccli. vi. 5.) dicitur, quod *verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Item in eodem (Prov. xv. 1.) *Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitatur furem.* Cujus quidem ratio sumitur ex generositate animi, ut dicit Seneca, qui magis ducitur quam trahatur. *Habet enim mens quoddam sublime, & altum, ac impatiens superioris: sed delectatione cuiusdam subicitur reverentiae, seu lenitatis, per quam suspicatur ad paria posse condescendere, & a suo non resiliere gradu.* Propter quod & Philosophus dicit in VII. Ethic. quod benevolentia est principium amicitiae. Quantum autem antiqui Romani in hac excelluerint virtute, unde ceteras nationes ad suum traherent amorem, & se eisdem sponte subicerent, exempla ipsorum deducantur in medium. Primo quidem de Scipione, qui, ut refert Maximus Valerius Lib. IV. cum esset in His-

pania dux Romani exercitus contra gentem Hannibalis, ac vigesimumquartum agens annum, Carthaginem ibidem à Pœnis conditam in suam redegit potestatem; in ipsa virginem cepit eximie venustatis, quam ut desponsatam agnovit, & nubilem, ipsam in violatam parentibus reddidit, & aurum quod in redemptione ejus traditum fuerat, doti ejus adjecit. Ex quo facta ad amorem Romanorum hostes adduxit, admirantes de tam casta moderatione continentie dicti principis: quia cum idem auctor ipsum referat superioris vite in juvenili ætate fuisse, se ipsum in tanta libertate, & potestate consistens ab omni delicto conservavit immunem. Unde Titus Livius de bello Punico narrat, Scipionem sponsum dicte virginis allocutum fuisse, in quo sermone suam ostendit pudicitiam digne principibus imitabilem, & domini meritoriam. Scribit & idem Titus de ipso quædam benevolentie inductiva in prædicta victoria. Cum enim misit obsides Romanis, primo quidem hortatus est universos bonum habere animum, venisse enim eos in Romanorum potestatem, qui benevolentiam quam metu obligare homines mallent, exterasque gentes fide, ac societate inunctas habere, quam tristi subjectas servitio. De hoc etiam dicit Augustinus 1. de civit. Dei, quod proprium ipsorum fuit parere subjectis, & debellare superbos, ac præcipue injuria ignoscere quam persequi mallebant. Refert etiam idem Doctorem in eodem Lib. de Marco Marcello, quia cum Syracusam urbem cepisset, ante illius ruinam suas illi effudit lacrymas, tantæque fuit pudicitie, & continentis animi, benignæque mentis, quod priusquam oppidum jussisset invadi, publico edicto constituit ne quis corpus liberum violaret. Quid pluribus exemplis insistimus? Cum etiam Machabæi, Judas videlicet, Jonathas, & Simon, de genere Judæorum, quorum est proprium aliarum nationum aspernari consortium, tum quia Saturni sunt, sicut Macrobius dicit super somnium Scipionis, tum quia legibus prohibebatur eisdem, considerata benevolentia Romanorum cum ipsis staterunt amicitiam, ut in 1. Machabæorum scribitur, ubi inter alia commendabilia de ipsis, unde populus, gentesque diversas ad suum trahebant amorem, & subjectionem politicam, seu despoticam, sub compendio interseritur, quod inter præsidēs Romanos nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, ut magnificaretur in ea. Et quia curiam fecerunt, & consulebant quotidie trecentos viginti, consilium agentes semper de multitudine, ut quæ digna sunt gerant: & committunt uni homini magistratum suum per singulos annos dominari universæ terræ suæ: & omnes obediunt uni, & non est invidia, neque zelus inter eos. Ubi attendendum, quam ordinatum erat tunc temporis regimen politicum in urbe, quod erat præcipuum motivum juscumque nationis, & provincie, ipsorum appetere dominium, & eisdem sua colla subicere. Aliud etiam erat in eis provocativa subjectionis, quia ex cupidine dominandi non se dominos vocabant, sed socios, & amicos. Unde & de Julio Cæsare in Suetonio scribitur, quod milites suos non sibi subjectos, sed socios, & commilitones vocabat. Sic & antiqui consules de Judæis fecerunt: qui quidem etsi modicum haberent in oriente dominium, cum Romanis tamen confederati sunt fœdere amicitie. Et cum amplam haberent Romani monarchiam in oriente, & occidente, & aliis mundi plagis, ut ex prædicto Lib. Machab. est manifestum, non tamen designati sunt cum Judæis

(1) Al. consentanea videtur.

societatem inire, & ad paria se publico in alterutrum attestari edicto.

Paret igitur ex jam dictis, quod meritum virtutis in Romanis antiquis mereret dominium: unde etiam alie nationes allecte sunt ad ipsorum dominium tum ex dilectione patrie, pro qua omnia contemnebant; tum ex vigore justitie, propter quam contra omnem malefactorem, & perturbatorem pacis se opponebant: tum ex civili ipsorum benevolentia, in qua ceteras nationes ad sui amorem trahebant. Pro quibus omnibus ex merito virtutum in ipsis divina bonitas (1) consensisse videtur ad ipsorum principatum ex causis, & rationibus assignatis. Sic enim quis meretur dominium, ut Philosophus in v. Ethic. tradit, ubi dicit, quod non sinimus principari hominem in quo est natura humana tantum; sed illum qui est perfectus secundum rationem, sicut dictum est supra.

CAPUT VII.

Hic sanctus Doctorem declarat, qualiter Deus permittit aliquod dominium ad punitionem malorum, & quod tale dominium est quasi instrumentum divine justitie contra peccatores.

FUIT autem & alia causa, unde dominium est à Deo permissum, quam à sacra accipimus Scriptura, nec Philosophorum, & sapientum hujus sæculi sententias contraria, videlicet propter merita populorum: quam beatus Augustinus assignat in XIX. de civit. Dei. Probat enim ibi servitum introducendum propter peccatum. Unde & sacra Scriptura dicit in Job xxxiv. 30. videlicet quod facit regnare hominem hypocritam propter peccata populi. Quod quidem apparet, quia primo dominantes in mundo fuerunt homines iniqui, ut historie tradunt, sicut Cain, Nembroth, Belus, Ninus, & Semiramis uxore ejus, qui & dominium habuerunt in prima, & secunda ætate mundi. Causa autem unde habuerunt istud dominium, assumi potest ex parte subditorum, vel dominantium: quia tyranni sunt instrumentum divine justitie ad puniendum delicta hominum, sicut Rex Assyriorum super Israeliticum populum, & Rex Gothorum flagellum Dei super Italiam, ut historie narrat. Item Dionysius in Sicilia, sub quo captivatus est populus, & tandem ab ipso libertate donatus, ut scribit Maximus Valerius Lib. IV. De Rege vero Assyriorum quomodo ad puniendum delicta sui populi est destinatus, sic ostenditur per Isaiam Prophetam (cap. x. 5. *Assur virga furoris mei, unde & baculus ipse est: in manu ejus indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi ut auferat spolia, & dividat prædæ, & ponat illum in conculationem quasi lutum platearum: quæ omnia verificata sunt, quando Hierusalem obsessa est à Chaldæis, per Nabuchodonosor Regem Assyriorum capta, & combusta, captis principibus ejus cum Rege Sedecia, ejus confossis oculis, & occisis filiis, sicut in fine IV. Lib. Regum traditur: per quæ verba satis ostenditur, qualiter Deus punire peccatores per manum tyranni. Unde concluditur, ipsos esse instrumentum Dei sicut dæmones, quorum potestas justa à sacris Doctores ponitur, voluntas tamen semper iniqua. Quod etiam ostendit nobis tyrannicum regimen, quia non ordinatur nisi ad onus, & molestiam subditorum. Tyranni enim proprietates est propriam, & solam sui utilitatem, & commodum quaerere, ut dicitur*

tum est supra, & Philosophus tradit in VII. Ethic. ubi ponit quod sicut tyrannus ad subditos sicut dominus ad servos, & sicut artifex ad organum, & instrumentum. Hoc autem pœnale est subditis, & contra naturam domini, sicut superius est probatum. Sed ex parte dominantium tale dominium videtur à Deo concessum primo in casu supposito, vel Deo disponente pro subditis quod est ad exitum meliorem, quando videlicet Princeps ad Dei placitum studet quamvis peccator, ut de Cyro Rege Persarum scribitur in Isa. (cap. xiv. 1.) *Hæc, inquit, dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, & dorsa Regum vertam. Aperiam ante faciem ejus januas, & porta non claudentur.* Quod quidem adimpletum fuit, ut historie tradunt, quando subito desiccato alveo Euphratis, & Tygris, qui per mediam Babyloniam transibant, civitatem intravit, occiditque Balthasar ipsorum Regem cum gente sua, ipsamque civitatem destruxit, ad Medos transferens monarchiam, ubi tunc regnabat Darius Cyri propinquus, ut Josephus scribit. Hoc autem Deus sic disposuit, quia dictus Cyrus humanitatem ostendit in suis fidelibus Judæis, qui captivi tenebantur in Assyria, quos postea remisit liberos in Judæam cum vasis tempus, & ipsum templum reedificari mandavit: ex quibus bonis, & operibus virtuosus quæ exercuit circa divinum cultum, & Dei populum, totius orientis obtinuit monarchiam, ut superius est ostensum. Prædictus vero Balthasar occisus fuit, ut ex sententia Danielis apparet, quia Deo ingratus, & quia vasis templi Domini in uno convivio est abusus: unde dictum est ei per Danielelem (cap. v. 22.) *Quia non humiliasti cor tuum, sed adversus dominatorem cæli elevatum est, & vasa domus ejus allata sunt coram te, & tu, & optinasti tu, & uxores vinum bibistis in eis... porro Dum cæli, qui habet statum tuum in manibus suis, & omnes vias tuas, non glorificasti: idcirco ab ipso missus est articulus manus contra te: quod pro sententia divine justitie contra ipsum, ut rei postea probavit eventus. Narrat enim historia Danielis, quod dum Balthasar Rex Babyloniorum persisteret in Dei contumelia, ut ex dictis liquet, ex opposito mensæ sui convivii videbat digitos manus in pariete scribentis; ex qua Scriptura perterritus est, quasi ipsa esset nuntius suæ mortis. Refert enim Scriptura Danielis quod ex aspectu scribentis, cujus imaginem non videbat, nisi digitorum manus, facies ejus perterrita est, & cogitationes ejus perturbabant eum, compages renem ejus dissolvebantur, & genita ejus ad se invicem collidebantur: quæ omnia insinuativa erant timoris immani, & futuri judicii super eum. Sed hæc scripturas Rex non discernens, vocatus Daniel, interpretatusque sub tribus nominibus, ipsum denunciavit morturum, videlicet *Mane, Thecel, Phares*: quod expositum scribitur. *Mane: Numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud: hoc est, in termino posuit, sicut res numerata, quæ tollitur, & separatur ab acervo pecunie. Thecel: Appensus es in statera, & inventus es minus habens: unde & dignus es morte. Phares: Divisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis, ut superius est ostensum. Ex quibus omnibus satis est manifestum quod ille clausula non proprie sunt significativæ secundum aliquod idioma linguarum, sed secundum dispositionem divinam, sicut & factum quoddam, in quo Propheta comprehendit divinam circa nos voluntatem. Sit ergo hoc conclusum,**

(1) An de commissis?

quod in illa scriptura suam insinuat sententiam contra Principem Babyloniam, quia propter peccata sua dignus erat morte, & privatione regalis principatus, juxta illud (Ecl. x. 8.) *Regnum de gente in gentem transfertur propter injustitias... & diversos dolos.*

CAPUT VIII.

Hic sanctus Doctorem declarat, quod interdum tale dominium cadit in malum dominantium, quia propter ipsorum ingratitude in superbiam elati graviter deprimentur.

SED adhuc insistendum est circa divinam providentiam in dominio. Contingit enim interdum quod cum quis assumit principatum, erit homo virtuosus, & aliquo tempore perseverabit in eo. Sed aliquo tempore procedendo ex favore humano, & prosperitate rerum regalium elevatur quis in superbiam, & de beneficiis sibi à Deo collatis ingratis eidem efficitur. Unde Philosophus dicit v. Ethic. quod principatus virtum ostendit; sicut auctor de Saule, de quo scribitur 1. Regum; quod in tota tribu Benjamin non erat vir melior illo. Sed post duos annos à suo regimine factus est Deo inobediens: unde dictum est Prophete Samueli de ipso (1. Regum xvi. 1.) *Usquequo tu luges Saul, cum ego projecerim eum ne regnet super Israel? quasi ex divina sententia irrefragabili sit repulsus. Propter quod ultimo dictus Princeps fuit occisus cum filiis, toraque ejus progenies à dominio est avulsa: unde in Paralipomenon de ipso concluditur, quod mortuus est Saul propter iniquitates suas. Hoc autem & de Salomone accidit, qui magnificatus est super omnes Reges qui fuerant ante eum, ut scribitur in Ecclesiaste; & universa terra desiderabat audire sapientiam Salomonis. Sed, ut dicit Augustinus xvii. de civit. Dei, secundæ ree prædicto Regi fuerunt noxiæ, quia lapsus in luxuriam, ruit in idolatriam; ex quo factus est abominabilis populo intantum, ut servi ejus rebellarent ei, diripientes spolia suæ regionis, & vastantes tetram absque resistencia aliqua, cum tamen prius omnes obediunt ad nutum, sicut testatur Regina Saba, ut patet in III. Lib. Reg. Ad magna igitur promotus in principio sui regiminis propter divinam reverentiam quam exhibuit in fine sui regiminis decidit in villa propter delicta quæ commisit: quia miseris facit populos peccatum. (Prov. xiv. 34.) Tradunt tamen Hebræi, ut Hieronymus refert in commento super Ecclesiaste, quod in fine vite suæ ex multis vexatus, suum recognovit errorem, seque disposuit ad penitentiam (1) in commissis, librumque præfatum composuit, in quo sicut expertus cuncta diffinit vanitati subjacere, subiciens se divino timori ad suorum observantiam mandatorum. Unde in fine prædicti Libri (cap. xii. 13.) concludit: *Plene loquendi pariter audiamus. Deum time, & mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo. Sed & præter Reges deicolos quid de Principibus ethnicis dicam? qui quamdiu fuerunt Deo grati, virtutumque cultores, floruerunt in dominio; cum vero ex elatione domini ad contrarium se converterent, mala morte vitam finirent; sicut conigh de præfato Cyro Rege Persarum Monarcha. Tradunt enim historie de ipso, quod cum totam subjugasset Asiam, Parthiam, Scythiamque ferro perdomuit, tandem longum certamen Scythias inferens, dominante tunc Tamari Regina dicte gentis, quæ Massageria vocabatur, primo qui-**

dem cum filio dicte Reginae adolescentulo dimicavit, ipsamque vicit, & occidit, nullique parcens atati, ingenium multitudinem peremit. Quia ergo crudelitatem exercuit & in Babylonia, & in Regno Lydia, quia in utroque Reges, & Principes mala morte trucidavit, & in regno Massagetarum similiter similiter fecit; in quo eodem iudicio similiter eum Deus punivit. Narrat enim historia, quod dicte Regina congregavit exercitum contra ipsum, Seythas videlicet Massagetas, & Parthos, & in quibusdam montibus dicte Regina insidiis compositis invasit castra ejusdem; & sic impetu armorum absorbit, quod ducenta millia fuerunt occisa prefati Principis, & ipse captus, cui amputato capite Regina ipsum in ure sanguine pleno mandavit includi, & sic invecive acclamabat eidem; *Sanguinem sicuti sanguinem bibo*: quasi ipsa mors ignominiosa quam passus est, fuerit argumentum suae atrocitatis. Omnes etiam Monarchae ipsum sequentes, ut in Graecia magnus Alexander, quamdiu cum reverentia suos tractavit Macedones, vocans milites suos patres tamquam antiquiores, optime processit in monarchia, sed eisdem existens ingratus, a sorore venenatus est: & praecipue quia post victoriam Darii accepta filia in conjugem, militaria cepit postponere, luxu vitae intendens, & sui immemor factus dolorosa morte vitam finivit. Et sic de multis aliis Principibus ethnicis exemplum potest adduci, ut de Julio Cesare, & Hannibale, qui propter abusum domini dno necati sunt exitu, ut eis conveniat quod in Ecclesiaste (cap. viii. 9.) scribitur: *Interdum dominatur homo homini in malum suum*; nec non & illud Isaiae Prophetae, quod in omnibus tyrannis locum habet. Cum enim ostendisset ipsos esse divites justitiae exactores contra peccatores, sicut carnifices dominorum, ut manifestum est supra, cum dixit (cap. v. 5.) *Assur virga furoris mei, & c.* stam subdit: *Ipsae autem non sic arbitrabuntur, & cor ejus non sic astimabit*; quasi sic agat ut Dei instrumentum: ad contendum erit cor ejus, (1) & ad interfectionem gentium non paucorum: dicit enim: *Numquid non principes nostri simul reges sunt?* attribuens videlicet suae virtuti, & non Dei, qui movet ipsum ad puniendum transgressores divinorum mandatorum. Hanc autem (2) ingratitudinem, ac presumptionem tyrannorum Dominus statim ibidem redarguit, & gravissime punit, ut in jam dictis Principibus patet. Unde subdit Propheta in eodem loco: *Numquid gloriabitur securus contra eum qui secit in ea?* *An exaltabitur virga contra elevantem eam, & exaltetur baculus, qui utique lignum est.* Ubi considerata est similitudo, quia valde congrua est. Sic enim se habet virtus dominantis ad Deum, sicut virtus baculi ad percipientem, & sicut virtus serrae ad artificem. Constat autem quod virtus serrae, vel securis in artificio nulla est nisi per artificem moventem, & dirigentem: ita & de virtute dominantis contingit, quod nulla est sine Deo movente, & gubernante. Ergo stultum, & praesumptuosum est gloriari de sua virtute. Ista autem ratio satis aperta esse videtur, & haberi potest ex verbis Philosophi supra inductis. Quia virtus, cujuslibet mobilis a virtute dependet primi moventis, & ejus instrumentum erit: & hinc est quod Deo talis gloria est displicibilis, quia tales derogant divinae potentiae; propter quod scribitur in Judith, quod de sua virtute gloriantes Deus humiliat: & ideo subjungit dictus

(1) *Vulgata* & ad interfectionem, & mox Principes mei pro Principes nostri. (2) *Al.* ingratitudinem ad presumptionem. (3) *Al.* timas. (4) *Forte* sic eorum virtutem.

Propheta Isaia: *Propter hoc mittet dominator Dominus exercitum in pinguibus ejus tenuitatem, & subter gloriam ejus succensa ardebit quasi combustio ignis.* In quo significatur poena sensibilibus, quae talibus inferunt tyrannis, & annihilatio principatus, ut in praedictis est manifestum. Relinquitur igitur a Deo omne esse dominium, sive legitimum, sive tyrannicum, secundum varias (3) vias suae investigabilis providentiae.

CAPUT IX.

Hic sanctus Doctor declarat, quod homo naturaliter dominatur animalibus silvestribus, & aliis rebus irrationalibus, & quomodo: quod probatur multis rationibus.

NUNC igitur accedendum est ad diversas species dominandi secundum diversos modos, & gradus in hominibus domini, & principatus. Et primus quidem generalis est omnium, qui competit homini secundum naturam, ut tradit Augustinus xviii. de civit. Dei, in quo casu, & Philosophus concordat in 1. Politicorum. Hoc autem & Scriptura sacra confirmat, quando in sui creatione tamquam natura indicat dicit (Gen. 1. 28.) *Dominabitur piscibus maris, & volatilibus caeli, & universis animalibus quae moventur super terram*: in quibus ostenditur quod natura instituit humane talenti indidit potestatem. Qui enim dixit, *Germinat terra herbas, & ex tali dicto data est potestas arboribus germinandi, dixit & nobis similiter: Dominabitur piscibus maris, & c.* Et sic ex jam dictis apparet quod dominium hominis super ceteras creaturas est naturale. Unde & Philosophus probat secundum eandem rationem, quod venationis, & aucupia sunt a natura. Et Augustinus in praedicto Libro, hoc probat per dominium quod antiqui patres soliti erant habere, ut pastores essent pecorum, quae & divitiae naturales diffinitae sunt supra. Et quavis tale dominium diu minutum sit propter peccata, quia etiam villa animalia dominantur in nobis, & facta sunt nobis nociva, quod non contingit in homine nisi propter dictam causam; tanto magis tamen participamus de dicto dominio, quanto magis ad statum attingimus innocentiae: quod etiam vox evangelicae nobis promittit, si ejus imitatores fuerimus in justitia, & sanctitate. Cum enim Dominus exhortaretur discipulos ad amaranum salutem, verbum Dei praedicando, (4) sic de eisdem virtutem denuntiat dicens (Marc. xvi. 17.) *In nomine meo demonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocerit.* Quod experimento didicimus in virtuosis, & perfectissimis viris, ut in gestis sanctorum patrum scribitur, & de beato Paulo traditur in Actibus Apostolorum, quia viperam non lesit, nec beatum Joannem Evangelistam venenum: & sic de multis aliis sanctissimis patribus, qui super cocodrillos atrocissimas bestias, sive venenosa reptilia Nilum vadabant, ut impleterent in eis quod Dominus in Luca dixit discipulis xi. 13. *Eccc dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici.* Istius autem domini in prima hominis institutione collati est triplici via ratio congruentiae assignari potest. Primo quidem ex ipsa naturae processu. Sicut enim in generatione rerum natu-

CAPUT X.

Hic sanctus Doctor declarat de dominio hominis secundum gradum, & dignitatem, & primo de dominio Papae qualiter praefertur omni dominio.

Recipit igitur divisionem dominium quadrimebrum eadem causa, & ratione. Quia quoddam est regale solum, sub quo imperiale sinitur, & sic de aliis, ut infra patebit. Tertium vero politicum. Quartum autem economicum. Primum autem ceteris antefertur multiplici via; sed praecipua sumitur ex institutione divina, videlicet Christi. Cum enim eidem securitatem suam humanita-

(1) *Al.* utilis. (2) *An* deest animal? (3) *Vulgata*: Nationis iniquae dicitur consummationes.

ralium intelligitur quidam ordo quo de imperfecto ad perfectum proceditur: nam materia est propter formam, & forma imperfectior est propter perfectiorem: ira & in usu rerum naturalium, nam imperfectiora cedunt in usum perfectiorum: plantae enim nutriuntur terra ad suum nutrimentum, animalia vero plantis, homo autem plantis, & animalibus. Unde concluditur, quod homo naturaliter dominatur animalibus: propter quod, sicut superius est tactum, Philosophus probat in 1. Politicorum, quod venatio animalium silvestrium est justa naturaliter, quia per ea homo sibi vindicat quod naturaliter est suum. Secundum apparet hoc ex ordine divinae providentiae, quae semper inferiora per superiora gubernat: unde cum homo sit supra caetera animalia, utpote ad imaginem Dei factus, convenienter hominis gubernationi alia animalia subduntur. Tertio apparet idem ex proprietate hominis, & aliorum animalium. In aliis enim animalibus invenitur secundum aestimationem naturalem quaedam participatio prudentiae ad aliquos particulares actus; in homine vero reperitur quaedam (1) universalis prudentia, quae est ratio naturalium agibilium. Omne autem quod est per participationem, subditur ei quod est per essentiam universaliter. Unde patet quod est naturalis subjectio hominum animalium ad hominem.

Secundum dominium hominis super hominem sit naturale, vel a Deo permissum, vel provistum, ex jam dictis veritas haberi potest. Quia si loquamur de dominio per modum servilis subjectionis, introductum est propter peccatum, ut dictum est supra. Sed si loquamur de dominio propter importat officium consulendi, & dirigendi, istro modo quasi naturale potest dici, quia etiam in statu innocentiae fuisse. Et haec est sententia Augustini xi. de civit. Dei. Unde istud dominium ei competit inquam inquam homo est (2) sociale naturaliter, sive politicum, ut dictum est supra. Tale autem societatem oportet ad invicem ordinari. In his autem; quae sunt ad invicem ordinata, oportet semper aliquid esse principale, & dirigens primum, ut tradit Philosophus in 1. Politicorum. Hoc etiam ostendit ipsa ratio ordinis, sive naturae: quia, ut per Augustinum scribitur in praedicto Libro, ordo est parium, dispariumque rerum sua cuique tribuens dispositio. Unde manifestum est, quod nomen ordinis inaequalitatem importat, & hoc est de ratione domini. Et ideo secundum hanc considerationem dominium hominis super hominem est naturale, & est in Angelis, & fuisse in primo statu, & est etiam modo: de quo nunc per ordinem est dicendum secundum ipsius dignitatem, & gradum.

CAPUT XI.

Hic sanctus Doctor declarat de dominio hominis secundum gradum, & dignitatem, & primo de dominio Papae qualiter praefertur omni dominio.

Recipit igitur divisionem dominium quadrimebrum eadem causa, & ratione. Quia quoddam est regale solum, sub quo imperiale sinitur, & sic de aliis, ut infra patebit. Tertium vero politicum. Quartum autem economicum. Primum autem ceteris antefertur multiplici via; sed praecipua sumitur ex institutione divina, videlicet Christi. Cum enim eidem securitatem suam humanita-

(1) *Al.* utilis. (2) *An* deest animal? (3) *Vulgata*: Nationis iniquae dicitur consummationes.

tem omnis sit collata potestas, ut patet in Math. xvi. 18. dictam potestatem suo communicavit vicario cum dixit: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo claves regni caelorum: & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis.* Ubi quatuor ponuntur clausulae, omnes significativae domini Petri, suorumque successorum super omnes fideles, & propter quas merito summus Pontifex Romanus Episcopus dici potest Rex, & Sacerdos. Si enim Dominus noster Jesus Christus sic appellatur, ut Augustinus probat xvii. de civit. Dei, non videtur incongruum suum vocare successorem, circumscriptis rationibus quae possent adduci, quia satis est clarum. Sed reddenendum est ad clausulas jam dictas: quarum una sumitur ex nominis impositi magnitudine, secunda vero ex domini fortitudine, tertia autem ex domini amplitudine. Quarta ex domini plenitudine. Primam igitur partem praefatam accipimus, cum Dominus dicit: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.* In hoc enim nomine, ut sacri exponunt Doctores, sicut Hieronymus, & Augustinus, Dominus potentiam Petri insinuat: quia a petra, quae est Christus, ut dicit Apostolus, cujus confessionem Petrus praemiserrat, Petrus est appellatus, ut secundum etiam quamdam participationem nomen acquirat, & potestatem, & auctoritatem: *Et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*; quasi totum dominium inter fideles ex Petro dependat in ejus successoribus. Secunda vero clausula, domini importat fortitudinem: quod significat verbum quod sequitur: *Et porta inferi non prevalebunt adversus eam*: quae sunt curiae tyrannorum, & persecutorum Ecclesiae, ut doctores sacri ibidem tradunt: sic dicta, quia sunt causa omnium peccatorum intra Ecclesiam militantem. Ad tales enim principes omnes sacerdoti recurrunt, ut accidit in curia Federici, & Coradini, & Manfredi. Sed tales non praevaluerunt adversus Ecclesiam Romanam; immo omnes mala morte extirpati sunt: quia, ut dicitur in Lib. Sapient. iiii. 19. (3) *nationes iniquae dicitur sunt consummationis.* Domini vero amplectendo ostenditur, cum subjungit Dominus: *Et tibi dabo claves regni caelorum.* In hoc enim insinuat nobis potestatem Petri, & successorum suorum, quae se extendit ad totam Ecclesiam, scilicet militantem, & triumphantem, quae per regnum caelorum designatur, & quae clauduntur clavibus Petri. Sed domini plenitudo ostenditur cum ultimo dicitur: *Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis.* Cum enim summus Pontifex sit caput in corpore mystico omnium fidelium Christi, & a capite sit omnis motus, & sensus in corpore vero; sic erit in proposito, propter quod oportet dicere, in summo Pontifice esse plenitudinem omnium gratiarum, quia ipse solus confert plenam indulgentiam omnium peccatorum; ut competat sibi quod de primo Principe Domino dicimus, quia de plenitudine ejus nos omnes accipimus. (Joan. i. 16.) Quod si dicatur ad solam referri spirituales potestatem, quod esse non potest: quia corporale, & temporale ex spirituali, & perpetuo dependet, sicut corporis operatio ex virtute animae. Sicut ergo corpus per animam habet esse, virtutem, & operationem, ut ex verbis Philosophi, & Augustini de immortalitate animae patet; ita

(1) *Al.* utilis. (2) *An* deest animal? (3) *Vulgata*: Nationis iniquae dicitur consummationes.

& temporalis jurisdictione Principum per spiritua- lem Petri, & successorum ejus. Cujus quidem argu- mentum assumi potest per ea que invenimus in actis & gestis summorum Pontificum, & Imperatorum, quia temporali jurisdictioni cesserunt. Primo quidem de Constantino apparet, qui Sylvestro in imperio cessit. Item de Carolo Magno quem Papa Adrianus Imperator consensit. Idem de Orto- gne I. qui per Leonem creatus & Imperator est constitutus, ut historie referunt. Sed ex dispositione Principum auctoritate apostolica facta, satis apparet ipsorum potestas. Primo enim invenimus de Zacha- ria hanc potestatem exercuisse super Regem Franco- rum, quia ipsum a regno deposuit, & omnes baro- nes a juramento fidelitatis absolvit. Item de Inno- centio III. qui Ottoni quarto imperium abstulit. Sed & Federico secundo loco idem accidit per Ho- norium Innocentii immediatum successorem. Quam- vis in omnibus istis summi Pontifices non extende- runt manum, nisi ratione delicti, quia ad hoc ordi- natur eorum potestas, & cujuslibet domini ut pro- sint gregi; unde merito pastores vocantur, quibus vigilantia incumbit ad subditorum utilitatem. Alias non sunt legitime domini, sed tyranni, ut probat Phi- losophus, & dictum est supra. Unde Dominus utitur in Joanne quadam importuna interrogatione, ter qua-rens a suo successore beato Petro, quod si ipsum di- ligit, gregem pascat. *Petre, inquit, amas me? Pasce oves meas:* Joann. xxi. 17. quasi in hoc consistat tota pastoralis cura, profectus videlicet gregis. Hoc ergo supposito, quod pro utilitate gregis agat, sicut Christus intendit, omne supergreditur dominium, ut ex dictis apparet: quod ex visione prima Nabu- chodonosor sanis est manifestum, de statua videlicet quam vidit, cujus caput aureum, pectus, & brachia de argento, venter, & femur de ferre, tibia vero fet- ree; pedum autem quadam pars ferrea, quadam fictilis. Sed dictam statuam dum contemplantur, abs- cis de lapis de monte sine manibus, & omnia pre- dicta contrivir. Hic autem lapis factus est mons magnus, & implevit universam terram: quam quidem visionem Daniel Propheta, ut Hieronymus, & Au- gustinus exponunt, ad quatuor monarchias adaptat; Assyriorum videlicet pro aureo capite; Medorum, & Persarum, pro argento in brachiis, & pectore; Græcorum vero monarchiam pro aereo ventre, & femore; sed Romanorum ultimo, pro tibiis ferreis, & pedibus partim ferreis, partim vero fictilibus. Sed post hæc suscribit, ait Propheta (Daniel cap. ii. 44.) *Dominus Deus cæli regnum quod in æternum non dissipabitur, & regnum ejus populo alteri non tradatur, comminuetque universa regna, & ipsum stabit in æter- num:* quod totum ad Christum referimus; sed vice ejus ad Romanam Ecclesiam, si ad pascendum gregem ejus intendat. Attendendum etiam, quod divi- na institutio deservi non potest, quia solum dispensatores, & ministros assumpsit suos vicarios Chris- tus, sicut Apostolus dixit I. ad Corinth. iv. 1. *Sic nos, inquit, existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores (1) mysteriorum Dei.* Solum enim Chris- tus fundavit Ecclesiam, cujus ministerium Petro, & pastoribus commisit. *Fundamentum autem aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.* (I. Cor. iii. 11.) Unde sacri docto- res quamdam potestatem Christo attribuant, quam Petrus non habuit, nec sui successores; & ipsam po- testatem excellentem nuncupant: & sic potestas Pe-

(1) Al. ministeriorum.

tri & successorum ejus non adæquat potestati Christi, imo omnino transcendit. Potuit enim Chris- tus sine baptismo nasci: propter quod & Hierony- mus dicit super Mattheum, quod nullum sanavit in corpore quem non sanavit in mente; & tamen sine baptismo, quod tamen Petrus non potuit; unde & Cornelium Centurionem, ut in Actibus Apostolorum legitur, cum tota sua familia baptizavit etiam post adventum Spiritus Sancti. Potuit etiam mutare Chris- tus formam sacramentorum, & materiam, quod Petrus non potuit, nec successores ejus.

Hæc ad presens dicta sufficiant, subtiliora sapien- tibus relinquendo, & altiora que dici possent. In hoc tamen sistat conclusio præsentis capituli, Vicari- os Christi pastores Ecclesie cunctis debere præferri ex jam dictis causis.

CAPUT XI.

Hic sanctus Doctor declarat de dominio regali, in quo consistit, & in quo differt a politico, & quomodo distinguitur diversimode secundum diversas rationes.

Nunc autem ad regale dominium est proceden- dum, ubi est distinguendum de ipso secundum diversas regiones, & prout a diversis variè invenitur traditum. Et primo quidem in sacra Scriptura aliter leges regalis domini traduntur in Deu- teronomio per Moysen, aliter in I. Regum per Samuelem Prophetam: uterque tamen in persona Dei differenter ordinat Regem ad utilitatem subdito- rum, quod est proprium Regum, ut Philosophus tradit in VIII. Ethic. Cum, inquit (Deuterom. xvii. 16.) *constitutus fuerit Rex, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, & equitatis numero sublevatus: non habebit uxores plurimas, quæ alluciant animam ejus, neque argenti, aut auri immensam ponte- ra:* (quod quidem qualiter habet intelligi, supra tra- ditur in hoc Lib.) *describetque sibi Deuteronomium legis hujus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba ejus, & caeremonias, & ut videlicet possit populum dirigere secundum legem divinam.* Unde & Rex Salomon in principio sui regiminis hanc sapientiam à Deo petivit, ad directionem sui regimi- nis pro utilitate subditorum, sicut scribitur in III. Lib. Regum. Subdit vero dictus Moyses in eodem Lib. (ibid. 20.) *Nec elevetur cor ejus in superfluum super fratres suos, neque declinet in partem, dexteram, vel sinistram, ut longo tempore regnet ipse, & filius ejus super Israel.* Sed in I. Regum traduntur leges regi- ni, magis ad utilitatem Regis, ut supra patuit in Lib. II. hujus operis, ubi ponuntur verba omnino perti- nentia ad conditionem servilem; & tamen Samuel leges quas tradit, cum sint penitus despotice, dicit esse regales. Philosophus autem in VIII. Ethic. magis concordat cum primis legibus. Tria enim ponit de Rege in eodem Lib. videlicet, quod ille legitimus est Rex, qui principaliter bonum subditorum intendit. Item qui per se sufficiens reperitur, & qui omnibus bonis superexcellit, ne videlicet subditos gravet. Item ille Rex est, qui curam subditorum habet, ut bene operentur, quemadmodum pastor ovium. Ex quibus omnibus manifestum est quod juxta istum modum, despoticum multum differat à regali, ut idem Phi- losophus videtur dicere in I. Polit. Item quod regnum non

non est propter Regem, sed Rex propter regnum: quia ad hoc Deus providit de eis ut regnum regant, & gubernent, & unumquemque in suo regno conser- vent; & hic est finis regiminis: quod si aliud faci- ent, in se ipsos commodum retorquendo, non sunt Reges, sed tyranni: contra quos dicit Dominus in Ezech. (xxxv. 2.) *Vae pastoribus Israel, qui pas- cunt semetipsos. Nonne greges pascuntur à pastori- bus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis; & quod agrorum, non sanastis; quod contractum, non alligastis; quod abjectum, non reduxistis; & quod perierat, non quaesistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia, in quibus verbis nobis sufficienter forma regiminis traditur redarguendo contrarium.*

Amplius autem regnum ex hominibus constituitur, sicut domus ex partibus, & corpus humanum ex membris, ut Philosophus dicit in III. Polit. Finis ergo Regis est ut regnum prosperetur, quod homi- nes conserventur per Regem. Et hinc habet commu- ne bonum cujuslibet principatus participationem di- vine bonitatis: unde bonum commune dicitur à Phi- losopho in I. Ethic. esse quod omnia appetunt, & esse bonum divinum; ut sicut Deus, qui est Rex regum, & Dominus dominantium, cujus virtute principes imperant, ut probatum est supra, nos regit & gubernat non propter se ipsum, sed propter nos- tram salutem; ita & Reges faciant, & alii dominato- res in orbe. Sed quia nemo militat stipendiis suis un- quam, & quodam jure naturæ de suo labore unus- quisque debet reportare mercedem, ut probat Apo- stolus in I. epistola ad Corinth. hinc habemus quod li- cet Principibus à suis tributa percipere, & annuus census: unde cum Apostolus ad Romanos probasset omne dominium à Deo esse provisum, ultimo per- suadet eisdem retribuere pro labore. *Ideo, inquit, (cap. xii. 6.) & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt in hoc ipsi servientes.* Augustinus etiam ea- dem verba pertractans de verbis Domini, hoc idem probat. Concludendum est ergo, legitimum Regem secundum formam in Deuteronomio traditam, sic debere regere, & gubernare.

Ad hoc etiam exemplis monemur, quia omnibus agentibus contrarium male cessit. Primo quidem Re- gibus Romanis, quia propter eorum superbiam, & violentiam quam exercebant, ejecti sunt à regno, ut Tarquinius superbus cum filio, sicut historie tra- dunt. Item Acab, & Jezabel uxor ejus mala morte interierunt propter violentiam quam fecerunt Naboth vineæ suæ, ut in IV. Regum scribitur. Traditur etiam ibi quod canes linguarum sanguinem suorum cadaverum in prædica vineæ, in argumentum male- ficii in Naboth commissi. Sed non sic Rex David, ut scribitur in III. Lib. Regum. Cum enim veller altare condere ad Deum placandum pro numeratione po- puli fastuosa nimis offensum, aream emit ab Hare- ma Jebusæo: ipsoque offerente gratiam, recusavit Rex; & ut scribitur in I. Paralipomenon, pro præfata areâ dedit David sexcentos siclos auri justissimi pon- deris. Per quod habemus quod Principes suis debent esse contenti stipendiis, nec subditos suos gravare possunt in bonis eorum, & rebus nisi in duobus casibus, videlicet ratione delicti, & pro bono commu- ni sui regiminis. Primo enim modo propter ingratitu- dinem (1) suos privat feudo fideles; alios autem titu-

(1) Forte suo privat feudo infideles.

lo justitiæ, propter quam sunt concessa dominia, ut dictum est supra. Et in Proverbiis dicitur, quod justitia firmatur thronum Regis. Unde & lex divina transgressores divinorum præceptorum mandat lapidari, & diversis cruciari poenis. Quod quidem con- sonum videtur, si attendamus ad quamcumque rem creatam, & præcipue ad corpus humanum: quia ut nobilior pars conservetur, abjiciamus viliores: am- putamus enim manum, ut conservetur cor, & cere- brum, in quibus principaliter hominis vita consistit: quod lex evangelica approbat. *Si, inquit (Matth. xviii. 9.) oculus tuus scandalizat te, & sive manus, sive pes, quod pro gradu hominum accipit. Augusti- nus; erue eum, & projice abs te: quia melius est ad vi- tam ingredi debilem, vel elandum, quam duos oculos, & duas manus habentem mitti in gehennam.* Item quod pro bono reipublice possit exigere, sicut pro defen- sione regni, vel pro quacumque alia causa pertinen- te rationabiliter ad bonum commune sui domini, ratio est in promptu: quia supposito quod humana so- cietas sit naturalis, ut probatum est supra, omnia necessaria ad communem conservationem dictæ so- cietatis erunt de jure naturæ. Hoc autem est in pro- posito. Sic igitur supposito legitimo dominio regali, potest Rex exigere à subditis quod ad bonum ipsorum requiritur. Præterea arsi imitari naturam inquantum potest, ut Philosophus in II. Physic. tradit. Sed na- tura non deficit in necessariis. Ergo nec ars. Sed inter omnes artes ars vivendi est melior & amplior, ut tac- tum est supra, & probat Tullius in Tusculanis ques- tionibus, eo quod cæteræ artes ordinantur ad ipsam. Sic & in necessitatibus regni, quod pertinet ad con- servationem socialis humanæ vitæ, Rex, qui est ar- tifices architectus dictæ societatis, non debet deficere, sed omnem defectum supplere cum ipsa societate. Et ideo concludendum est, quod isto casu possunt legi- time exactiones, & talliæ, ac census, sive tributa imponi, dummodo non transcendant necessitatis me- tas. Unde Augustinus de verbis Domini exponens illud Matthæi, *Redite quæ sunt Cæsaris Cæsari:* „Igi- tur, inquit, quod Cæsar præcipit, ferendum est; quod imperat, tolerandum: sed fit intolerabile, dum prædam exactores accumulunt.“ Et postea expo- nens verbum Joannis Baptistæ quod militibus dixit; *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, sed esse- rate contenti stipendiis vestris:* „Hoc, inquit, sumi potest de militibus, prætoribus, cunctisque recto- ribus.“ Quicumque enim sibi stipendia publice de- creta consequitur, si amplius querit, tamquam cal- lumniator, & concussor sententia Joannis condem- natur. Ex hac ergo duplici parte principatus despoti- cus ad regale reducit; sed præcipue ratione delicti, propter quod servitus est introducta, ut Augustinus dicit XVIII. de civ. Dei. Licet enim etiam in primo statu fuisset dominium, non tamen nisi officio con- sulendi, & dirigendi, non libidine dominandi, vel in- tentione subijcendi servilliter, ut dictum est supra.

Leges vero traditæ de regali dominio Israelitico populo per Samuelem Prophetam hac consideratione sunt datæ, quia dictus populus propter suam ingratu- dinem, & quia dura cervicis erat, merebatur ta- les audire. Intendunt enim dum populus non cognos- cit beneficium boni regiminis, expedit exercere tyran- nides, quia etiam hæc sunt instrumentum divine justitiæ: unde & quædam insule, & provincie, secun- dum quod historie narrant, semper habent tyrannos propter malitiam populi, quia aliter nisi in virga fer-

reca- ni non possunt adhiberi nisi in virga ferrea.

rea regi non possunt. In talibus ergo regionibus sic discolis necessarius est Regibus principatus despoticus, non quidem iuxta naturam regalis domini, sed secundum meritum, & pertinaciam subditorum. Et ista est ratio Augustini in predicto jam Lib. Philosophus etiam in III. Politic. ubi distinguit genera regni, ostendit apud quasdam barbaras nationes regale dominium esse omnino despoticum, quia aliter regi non possent: quod quidem dominium precipue viget in Grecia, & apud Persas saltem quantum ad regimen populare.

Hec igitur de dominio in tantum sint dicta, & qualiter principatus despoticus ad ipsum reducitur, & unde dividitur contra politicum; quod in capitulo de dominio politico adhuc clarus ostendetur.

CAPUT XII.

Hic sanctus Doctor declarat de dominio imperiali, unde istud nomen habuit originem, & de quibusdam aliis nominibus ubi incidenter distinguuntur monarchia, & quantum duraverunt.

De imperiali vero post predicta dominia, congruum videtur esse dicendum, quia medium tenet inter politicum & regale, quamvis universalis; & ideo quantum ad hoc preponi debet regi; sed alia causa est quare postponitur, quam nunc pratermittimus.

Circa hoc quidem tria prout nunc sunt attendenda. Unum de nomine, quia nomen istud ad supremo dominio fastuose, & elate trahit originem, & quasi omnium dominus: unde & ille superbus Nicanor, cum rogaretur a Judaeis ut deterreret diei sanctificationis, hoc est sabbatho, cum arrogantia ad eisdem quarens, si erat potens in caelo qui imperavit agi diem talem, responsoque acceperit quod erat potens in caelo Dominus Deus: Et ego, inquit omni fastu non modico, sum potens super terram, qui impero arma sumi. (II. Machab. xv. 5.) Propter quam causam ipse postea divinitus turpiter a Juda Machabeo, ut scribitur in II. Machab. captus in bello, amputatisque capite, & manu dextera, quam contra templum erexerat, mala morte vitam finivit. Quaedam autem alia nomina istius domini assumpta sunt a quibusdam excellentibus viris dicti principatus propter aliquam prerogativam in eis reperitam, ut Caesar a Julio, ut historiae tradunt, sic dictus; quia, ut scribit Isidorus Lib. Etymologiarum IX. quia eas mortuae maris utero prolatus est, vel quia cum caesario natus: a quo Imperatores sequentes sic vocati sunt, quia comad essent; sed Augustus, ab augendo republicam; & primus vocatus est Octavianus, ut idem Isidorus scribit.

Secundum autem quod hic attendimus, est de processu istius imperii: quia supra est tactum de quaduplici monarchia, sed nos quantum possumus addere, de qua infra dicemus. Prima fuit Assyriorum, cuius caput Ninus fuit tempore Abrahae Patriarchae, quae duravit 1240. annos, ut scribit Augustinus IV. de civit. Dei, usque ad Sardanapalam, qui propter merita muliebria perdidit principatum; sed Arbaces transiit ad Medos, & Persas. Quo tempore regnavit Prorex dux Romanorum, ut idem Doctor in XVIII. dicit. Secunda vero Monarchia, videlicet Medorum, & Persarum, duravit usque ad tempora Alexandri, 233. annos, quando videlicet devincit Darius a predicto Principe, ut scribit idem Doctor in eodem Lib. XII. Sed monarchia Graecorum in

Alexandro incepit, & in eodem finitur. De quo dicitur in I. Mach. quod regnavit Alexander annis quadecim, & mortuus est. Sed quamvis Graeci non haberent universalem dominium, viguit tamen regnum Macedonum usque ad mortem Alexandri, de quo & praedictus Liber mentionem facit, annis 485, ut Augustinus scribit in eodem XII. Lib. In quo praedictus Princeps suum inchoavit dominium, patri suo in eodem regno succedens, ut historiae tradunt. Post hanc autem monarchiam Romanus principatus vigere incepit. Tempore enim Jude Machabaei, qui immediate quasi post mortem floruit Alexandri, cum Prologo Lagi concurrente, in Lib. I. Machabaeorum, multa de Romanis traduntur. In quibus ipsorum potentia ad omnes mundi plagas videbatur diffusa, sub consulibus tamen: quia superstitibus Regibus cum finitimis sollicitabantur regionibus, & modice adhuc erant virtutis. Duravitque consularis, immo monarchia, usque ad tempora Julii Caesaris, qui primus usurpavit imperium; sed parum in ipso supervixit, a senatoribus quidem occisus propter abusum domini. Post hunc Octavianus filius sororis suae successit, qui vindicta exercita contra occisores Julii, inperfectoque Antonio, qui monarchiam tenebat in oriente, solus ipsam obtinuit: & propter suam modestiam longo tempore in eo principatum habuit, ac in quadagesimo secundo anno sui regnatus completa septuagesima hebdomada secundum Daniel stili domini, cessante regno, & sacerdotio in Judaea, nascitur Christus, qui fuit verus Rex & Sacerdos. Et verus Monarcha: unde post resurrectionem suam apprensus discipulis suis dixit: Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra: quod quidem, ad humanitatem oportet referre secundum Augustinum, & Hieronymum, quia de Divinitate nulli est dubium quin semper habuerit.

CAPUT XIII.

Hic sanctus Doctor declarat de monarchia Christi, quomodo in tribus excellit, & Octaviano Augusto, quomodo gessit vices Christi.

Et haec quinta monarchia, quae successit Romanis, secundum veritatem omnibus praecellit ex triplici parte. Primo quidem ex annorum quantitate, quia plus duravit, & adhuc durat, & durabit usque ad mundi renovationem, ut patet in visione Danielis, ut dictum est supra, & adhuc nunc magis declarabitur. Secundo apparet ejus excellentia ex dominii universalitate, quia in omnem terram exiit sonus cornuum, & in fines orbis terra verba eorum. (Psalmi. xviii. 5.) Nullus enim angulus mundi est, nulla plaga, in qua nomen Christi non adoretur. Omnia enim subiecit sub pedibus ejus, ut introducit Apostolus in fine I. Epistolae ad Cor. In primo, etiam Machabaei Prophetae (cap. I. 11.) ostenditur istud dominium. Ab ortu, inquit, Solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offeruntur nomini meo oblatio multa: quia magnum est nomen meum in gentibus: dicit Dominus exercituum. In quo verbo satis apparet quod dominium Christi ordinatur ad salutem anime, & ad spiritualia bona, ut jam videbitur; licet ad temporalibus non extendatur eo modo quo ad spiritualia ordinantur. Et inde est quod quamvis Christus adoraretur a Magis, glorificaretur ab Angelis in signum universalis sui domini, humiliter tamen loco jacuit, vilibus involutus pannis. Quae quidem via homines melius ad virtutem

CAPUT XIV.

Movetur questio de monarchia Christi, quo tempore incepit, & quomodo latuit, & quare: & duplex assignatur causa sua occultationis, & prima ponitur una.

SED tunc oritur questio de isto Domini principatu, quando incepit: quia constat multos postea imperasse, ipse vero abjectam vitam elegit. Unde in Matthaeo (v. 11. 20.) dicitur: Vulpes foveas habent, & volucres caeli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Item in Joan. scribitur, quod cum pavisset multitudinem abscondit se, quia volebant eum populi rapere, ac Regem facere. Item in eodem (xvii. 1. 36.) ipse dicit: Regnum meum non est de hoc mundo.

Ad hanc autem questionem est responsio, quia principatus Christi incepit statim in ipsa sui nativitate temporalis. Cujus argumenta sunt in eodem die, Angelorum ministratio, & denuntiatio: unde in Luca (11. 10.) scribitur, quod Angelus ad pastores ait: Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis Salvator mundi. Item Augustinus adnotat: unde in Matth. (11. 1.) dicitur: Cum natus esset Jesus in diebus Herodis Regis, ecce Magi veniant ab oriente Hierosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est. Rex Judaeorum? Vidimus enim stellam ejus in oriente, & venimus adorare eum. In quibus actibus satis est notus principatus ejus, ac temporis exordium: prophetarum quidem, & praenuntiarum per Isaiam in verbis supra praemissis. Et attendendum quod (4) sua infantia plus apparuit virtutis, & potentiae praetendens excellentiam sui domini, quam in adulta aetate, ad insinuandum suam infirmitatem esse voluntariam, non necessariam, quae assumpta est ab ipso: & non publice usmo nisi in casibus propter duplicem causam, quae ad praesens sufficiunt. Una est ad docendum in Principibus humilitatem, per quam quis redditur in regimine graciosus. Quia humilitas meretur gratiam juxta illud (Prov. xxix. 23.) Humilem (5) spiritum suscepit gloria: & iterum (Eccli. 111. 19.) In mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligere: & in Canonica beati Jacobi (iv. 6.) Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Sed tanto amplius in Principe esse necessaria, quanto per eminentiam sui status, denribus invidia superiore non patientis laceratur. Quod considerans David Rex, fastuosae Regis filiae, videlicet Michol, insultant, & dicenti, quod coram ancillis suis se discooperisset ad Dei laudem, & reverentiam divinae arce, quae tunc pro numine habebatur, responsum dedit, ut patet in 11. Regum (vi. 22.) Ludam, inquit, ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem tuum, & quam omnem domum ejus, & praecipit mihi ut essem dux super populum Domini in Israel. Et ludam, & virior, quam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. Quam regulam Christus servare voluit in se ipso secundum voluntatem Dei Patris, per Prophetam Zachariam praenuntiatam, quam Evangelista Matth. (xxi. 5.) in Christo adimpletam esse pronuntiat. Ecce, inquit, Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, &

tem trahuntur quam armorum virtute. Et hoc quidem intendebat, licet sapius sua ueretur potentia ut verus Dominus. In humilitate ergo vixit, & demum in Augusto subsistit ut describeretur universus orbis in ortu Domini, ut Lucas Evangelista testatur. Et in hac descriptione solvebatur census, sive tributum, ut historiae tradunt, in recognitionem debita servituti, non sine mysterio: quia ille natus erat qui verus erat mundi Dominus, & Monarcha, cujus vices gerebat Augustus, licet non intelligens, sed nutu Dei, sicut Caiphas prophetavit. Unde hoc instinctu dictus Caesar mandavit tunc temporis, ut narraret historiae, ne quis de Romano populo Dominum ipsum vocaret. Quas quidem vices monarchiae post Christi veri Domini nativitatem gessit Augustus, quatuordecim annos toto orbe terrarum subacto quia, ut acta Principum Romanorum describunt, dictus Caesar Augustus quinquaaginta sex annos, & menses sex tenuit principatum. Tyberius etiam, qui eidem Augustum successit, ut narrat historiae, Christum tantum verum Dominum inter deos transferri voluit, licet impeditus fuerit a superbo, & fastuoso senatu impatiencia alicujus domini. Tertio autem apparet excellentiam monarchiae Christi super alias quatuor praecedentes, ex dominantia dignitate, quia Deus, & homo. Secundum quam considerationem humana natura in Christo participat infinitam virtutem, ex qua majoris fortitudinis est, & virtutis supra humanam fortitudinem, & virtutem. Quam quidem describit Isaias (cap. 1x. 6.) quantum ad virtutem temporalem Christi: unde ipsum Monarcham appellamus. Parvulus, inquit, natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est principatus super humerum ejus: & vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri saeculi, Princeps pacis. Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis. In quibus verbis omnia tanguntur quae requiruntur ad verum Principem. Hic ergo principatus, sive dominium omnes monarchias, sive dominia transcendit, annihilat, & confringit, quia omnia regna subjiciuntur eidem: quod per eundem Prophetam (cap. xiv. 23.) praenuntiatum est. (1) Vivo ego, dicit Dominus, quia mihi curvabitur omne genu. Et Apostolus Paulus ad Philipp. (cap. 11. 10.) In nomine Jesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. De hac monarchia concludit Daniel (cap. 11. 44.) exposita Nabuchodonosor sui somnii visione. In diebus, inquit, (2) illis, hoc est post illas quatuor monarchias Assyriorum, Persarum, & Medorum, Graecorum, & Romanorum, suscitabit (3) Dominus regnum caeli, quod in aeternum non dissipabitur, & regnum ejus alteri non tradetur, & comminuat universa regna haec, & ipsum stabit in aeternum. Cujus quidem ratio aeternitatis satis est in promptu: quia iste principatus aeterno conjungitur, cum iste Dominus, Deus, & homo sit.

Et sic completus est circulus a puncto ad punctum: quia probatum est supra, a Deo omne dominium originem trahere. In isto vero principatu percursum hominum motibus, terminatur principatus sicut in re immobilis, ultra quam non est motus. Et sic oportet ex dictis concludere, quod istud dominium non potest defecere.

(1) Vulgata: In memetipso juravi... quia &c. (2) Vulgata: regnorum illorum. (3) Vulgata: Deus caeli regnum. (4) Al. in sua instantia. (5) Vulgata: Humilem spiritum suscepit gloria.